

Cissonio dicati tituli sunt XIII 6085. Brambach 400 (= Düntzer Alterthümer des Museum Wallraf-Richartz p. 26 n. 10). 1464.

4599 deo Mer. Clavariati.

Les Granges, non procul a Troyes, rep., patera argentea (XIII 3020 vidit Froehner). In parte antica paterae caelatus est Mercurius in aedícula stans.

4600 num. Aug. | et deo Mercuri (sic) | Dumiat¹ | Matutinius | Victorinus | d. d.

In agro Arvernorum (Auvergne), in summo monte Puy-de-Dôme rep. a. 1874 in fundamentis aedificii antiqui, tabella aenea, iam Clermont-Ferrand (XIII 1525 vidit Hirschfeld). — 1) Montem Puy-de-Dôme aetate antiqua appellatum esse Dumium ex hoc agnomine Mercurii videtur colligi posse. In hoc ut videtur fano stetit colossus aeneus Mercurii quem in civitate Galliae Arvernis Zenodorus artifex fecit temporibus Neronis (Plin. h. n. 34, 45). Item hoc videtur fuisse fanum apud Arvernos situm, Gallica lingua Vasso Galate vocatum (cf. infra N. 4604), quod temporibus Valeriani et Gallieni incenderunt Alamanni (Gregor. Tur. hist. Franc. 1, 32). Cf. Hirschfeld XIII p. 194, Sitzungsber. der Akad. d. Wiss. Berlin. 1897 p. 1102. 1112.

4601 deo Mercurio Iovantucaro pro salute | Romaniae Romanae et Romani Severi | Julius Romanus pater vissu (sic traditur) monitus | v. s. l. m.

Tholey prope St. Wendel, in finibus Treverorum, rep., cista ut dicitur aenea (Ann. Rhen. 49, 1870 p. 188 semel descripta a. 1753).

4602 Aug. sacr. deo | Mercurio | Victori Ma[g]niaco¹ Ve[z]launo² | C. Capitoius (sic videtur) Macri|nus restituit.

Hières ad Rhodanum non longe a Lugduno (XII 2375 vidit Allmer). — 1) Macniaco, 2) Veilauno lapis teste Allmero.

4603 in h. d. d. | deo Mercur. Mocco¹ | L. Mascl. Masculus et | Sedatua Blandula | mater ex voto.

Andemantunni, quae et civitas Lingonum (Langres) (XIII 5676 partem vidit Hirschfeld). — 1) Dei nomen mansisse per multa saecula colli cuidam appellato 'Mont de Moque' sito prope Langres ex actis quibusdam ecclesiae Lingonensis referunt.

4604 [i]n h. d. [d.] | deo Mercu[ri]o | Vassocaleti¹ | Mandaloni[u]s | Gratus d. [d.]

Bitburg in Treveris (Brambach 835; vidit Zangemeister cf. C. I. L. XIII p. 194 not. 4). — 1) Hoc vel simili vocabulo fanum nobile apud Arvernos (Mercurii sine dubio) appellatum esse tradit Gregorius Turonensis; cf. ad N. 4600 et Hirschfeld Sitzungsber. der Akad. d. Wiss. 1897 p. 1113 not. 4.

4605 Merc. | Aug. Visucio Iul. | Montanus T. Iul. | Secundi Fausti | lib. | v. s. l. m.

Burdigalae (XIII 577 vidit Hirschfeld). Visucii titulos composuit Keune Westd. Korrespondenzbl. 1897 p. 82 seq.

4606 Mercu[ri]o Vi[du]co¹ | (Mercurius stans) | cives | Lemo|vic. | v. s. | l. m. *Burdigalae (XIII 576 vidit Hirschfeld). — 1) Fortasse esse debuisse VIDVCO observat Hirschfeld.*